Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



426

Quare sententia repudiatur: exemplo ceteris fuit. ut eius
nuptias desperarent. Legimus in euangelio secundũ lucã/
& erat anna prophetis filia fanuelis. de tribu aser; & haec
profectice aetatis in diebus plurimis uixeratque cum uiro
annis. vii. m. a uirginitate sua; & erat uidua annis octogin ta
iiii. or. nec recedebat de templo ieiunis/ & obsecrationibus
seruiens nocte ac die. nec mirũ si uidere meruerit salua
torem. quem tanto labore quaerebat. Conferamur. viii. m.
annos. septem mensib; speraere xpm. & tenere natũ
confiteri. & in crucifixum credere. paruulum ñ
negare. & uirum gaudere regnantem. Non facio ul
lam inter scas feminas differentiã quod ñ nulli inter eos
uiros. & ecclesiarum principes stulte facere consuerit.
Sed illa tendit aser tio utquarũ iuris ẽ labor. unum & pmi
um sit. Difficile ẽ in maledica ciuitate & in urbe in qua
orbis quondam populus fuit. palmaq; uitiorum si ho
nestis detraherent & pura ac munda macularent.
non aliquas ministri rumoris fabulam trahere. Unde
quasi rem difficillimam. ac paenae impossibilem optat
profeta. potius quam praesumit dicens: Beati immacu
lati in uia qui ambulant in lege dni. Immaculatos in uia
huius appellans saeculi quos nulla obscenitas rumoris super
maculauerit. qui obprobrium ñ acceperunt aduersus
proximos suos. O equib; et saluator in euangelio esto inquit
benuolus. siue bene sentiens de aduersario tuo dum es
cũ illo in uia; Quis umquã de hac muliere. qd displicere &
audiuit ut credere &; Quis credidit ut non magis reiprũ
maligniteatis & infamiae condemnare &, Ab hac primũ
confusa gentilitas. ẽ. dum omnibus patuit, quae esset
uidutas xpiana, quã & conscientia & habitu pmit